

enim alius, quam S. Pontifex, relictus Ecclesiasticis, ad usus pios ex fundatione destinatos, profanare, & in alium finem convertere, ac laico concedere potest, velut expressè decrevit Sanctissimus Pius V. in sua constitutione, quæ incipit: *Sacrofanctum Ecclesie DEI statum* de anno 1568. die 6. Septembris edita; & Sixtus V. in sua constitutione, quæ incipit: *Sanctissimum DEI Ecclesiam* die 4. Jan. 1589. promulgata. III. est, ut reservatio pensionis non fiat per modum quotæ, determinandæ v. g. pensionario tertiam aut quartam partem redditum annuorum; sed per modum certæ quantitatis; determinandæ v. g. pensionario anquàm 100. 200. florenos: quoniam prior modus redolere Beneficii divisionem, aliudò graviter interdicitur per textus, in n. 176 176. citatos. IV. est, ut si pensio reservetur post collationem Beneficii, Beneficiati, Beneficium jam possidentis, assensus requiratur: cum jus percipiendi redditus integros, per collationem ei quælitum, invito non possit auferri; quò deservit Regula Cancellariæ 4. de *Consensu in resignatione*. & *pension.* P. König ad tit. *Ut Ecclesiast. Benef. n. 43.* advertens cum Panormitano ad *cap. un. d. t. n. 20.* Patroni consensum non desiderari; consentiente Garcia de *Benef. p. 1. cap. 5. n. 359. & 360.* & Leu- 1777. in *foro Benef. p. 3. q. 465.* V. est, ut pensio sit moderata, tantumque Beneficiato de suis proventibus relinquatur, ut seipsum honestè sustentare, pauperum necessitati subvenire, hospitalitatem exercere, ac jura Episcopalia perfrivere valeat *arg. cap. de Monachis 12. de Præbend. Trident. Concil. sess. 24. de Reformat. cap. 13.* absurdum enim est, unum Altare discooperiri, ut alterum cooperiatur per *cap. cum causam 36. de Præbend.* Fagnanus ad *cap. nisi eod. n. 35.* Clericis *cit. discord. v. num. 30.* asserens, saltem centum ducatos Rectorie re- 178 linquendos esse. VI. est, ut persona, in cuius gratiam reservatur pensio, statim in ipsa reservatione nominetur, & Beneficiato gravato manifestetur; alioquin in constitutione Beatissimi Pii V. quæ incipit: *Inolentabilis*, die 1. Junii 1569. publicatâ, pensio declaratur irrita & nulla. Fagnanus *cit. l. n. 36. & seq.* Pax Jordan *cit. lib. 9. tit. 1. n. 502.* Clericis *cit. discord. l. n. 31.* VII. est, ut pensio non excedat vitam primi gravati, nec possit in illius successorem devolvi; quod equidem apud DD. controversum esse, demonstrat Fagnanus ubi *supra* an. 32. nihilominus perspicue colligitur ex *sæpe cit. cap. nisi 21. de Præb. in f. ibi: non dignitas Prioratus, sed persona Prioris maneat onerata &c.* ac optimâ ratione defenditur: quia nempe non est in potestate Episcopi, servitutum & onus reale, quod successoribus noceat, Beneficio imponere, sed personam duntaxat, de Beneficio provisam, gravare: cæterò quin non tam pensio, quam sectio vel divisio Beneficii eveniret; prout notatur in *cit. cap. in f.* Estque sic decitum ex mandato Innocentii XII. relatò à P. Reiffen- 179 tuel ad *tit. Ut Eccles. Benef. n. 100.* & cum eo-

dem Fagnano n. 40. docet Card. de Luca de *Pensionib. discord. 40. n. 5.* Pax Jordan *d. l. num. 506.* Garcias *d. p. 1. cap. 5. n. 374.* Clericis *cit. l. n. 29.* VIII. est, ut per se constituta- 181 tur non ex pacto vel conventione partium, nempe pensionarii & Beneficiati, sed ex arbitrio & autoritate Ordinarii, ne fionie vitium irrepet per *sæpe cit. cap. nisi essent 21. in verb. non quidem ex passione partium, sed ex jussione Judicium.* Fagnanus *ib. n. 5. & 55.* Card. de Luca de *Pension. disc. 41. n. 5.* Roa Rom. in *recens. p. 6. dec. 94. n. 6.* Quamquàm si partes inter se prius de quantitate pensionis conveniant, rômque totam arbitrio & iudicio Episcopi committant, nihil absurdum, vitiosum, aut simoniacum esse, non immeritò iudicet Gibalin. de *Simoniac. qual. 20. consecratur. 19. n. 7.* Parisius de *Resignat. Benef. lib. 6. q. 2. num. 70.* Clericis *cit. discord. n. 33.* Reiffenstuel *d. l. n. 106.* Impositio oneris vel est realis vel personalis. Impositio oneris realis est, quando Episcopus vel alius Collator fructus, tempore Beneficii vacantis obvientes, percipit, aut ut percipere valeat, collationem Beneficii longius differt: Utrumque vetitum est, si Episcopus vel alius Collator in sui futurumque privatum commodum fructus reservet, patet ex *cap. prohibemus 7. de Censib. & cap. un. circa fin. Ut Ecclesiast. Benef. sine dimittit. confer. item ex cap. cum vos 4. de Offic. Jud. Ord. cap. presenti 9. eod. in 6. cap. quia sepe 40. de Elect. in 6. ubi fructus Beneficiorum vacantium in utilitatem eorum expendi, vel futuris Successoribus fideliter referri jubentur. Quin etiam, si Beneficium sub ea conditione conferat, ut vel perceptos hoc usque fructus, vel imposterum percipiendos, in utilitatem propriam convertere valeat, Collatio simoniaca & nulla est per *cit. cap. un. in f. cap. prohibemus 7. de Censib. cap. cum Clericis 6. cap. ult. de Pañ. P. König ad cit. tit. Ut Ecclesiast. n. ult.* Quodsi tamen causa justa & necessaria concurrat, ut loquitur Innocent. III. in *d. cap. ult. circa fin.* reservatio fructuum permittitur; si nempe vel Ecclesia Cathedralis sit restauranda, nec tamen redditus habeat, ex quibus restaurari possit; vel si Ecclesia sit onerata debitis, ab Antecessore pro illius utilitate vel necessitate contractis per *cap. tua nobis 32. de P. S. Idem est, si specialis privilegio, vel consuetudine jam prescripta legitime, seu alia causa rationabili, puta quòd in limine fundationis ita concessum fuerit, tum Episcopus tum alius res & bona, ab Antecessore relicta, occupare liceat, ut dicitur in *d. cap. presenti 9. de Offic. Ord. in 6.* Additò tamen seu limitatione, seu declaratione, hæc occupationem de illis duntaxat bonis intelligendam esse, quæ solvni debitis, si qua sint, & his, quæ fuerint necessaria pro servitoribus, & ministris, ac incumbendis oneribus, usque ad novos redditus, supportandas congruè reservatis, ex ipsis recepta fuerint superesse, Reiffenstuel ad *tit. Ut Eccles. Benef. sine dimittit. num. 8. & 9.* Impositio oneris personalis est, quando Be-**

neficiatus obligatur ad novam functionem, v. g. plures Missas dicendas, officium aut Vesperas dicendas &c. ad quam alias non est obligatus; quæ & ipsa non est licita sine 180 180. Collatio alium effectum habet, quando Beneficiando solum est oblata; alium, quando jam acceptata est. Quando solum est oblata, obligat Collatorem, ut, antequàm Beneficiando fuerit acceptata, vel repudiata, nequeat revocari, murari, & in favorem alterius dirigì; adeò ut, si de facto fuisset alteri Beneficium collatum, collatio non subsisteret. Textus manifestus in *cap. si tibi absenti 19017. de Præbend. in 6.* Quæ constitutio plane singularis, & contra ordinarias Juris maximas inventa videtur: cum enim Beneficiorum collatio ex *num. 146.* dicatur donatio; donatio autem, absenti facta, possit ante acceptationem validè & licitè revocari per textus in *l. si cum 2. §. 6. l. absenti 10. ff. de Donation. Imò possit etiam post acceptationem, antequàm traditionem, validè revocari, & res donata in alium transferri *arg. l. quoties 15. Cod. de R. N. cur non possit Beneficium, absenti & ignoranti oblatum, antequàm is acceptet, alteri conferri?* Sed, ut memini, textus in *cit. cap. si tibi absenti* est, nec ullam interpretationem vel controverfiam statùs admittit. Ne tamen in communes Juris regulas impingere videatur, advertendum est imprimis, Beneficium collationem improprie solum donationem appellari, in quantum Collator Beneficium confert, Beneficiatò, nullum jus strictum ad Beneficium habente; propriè verò donationem non esse: tum quia Collator Beneficii conferendi non dominus sed dispensator est: tum quia non ex mera & nuda liberalitate, sed officii necessitate confert; sicque, ubi semel contulit, officio functus esse censetur, nec fa-*

consensu Pontificio, veluti supponitur in *cap. significatum 11. de Præbend. & docent Fagnanus ib. n. 2.* Pirhing ad *cit. tit. n. 67.* Reiffenstuel *cit. l. num. 6.* §. IV. Qualem effectum habeat Collatio? Cùm retractare permittitur: cùm omnis variatio in Beneficiis reputetur noxia, proindeque magis prohibenda quam concedenda. Deinde, si collatio referatur ad donationem, permittis erit pollicitationi: sicut enim pollicitatio, si Republicæ vel Ecclesie fiat, est irrevocabilis, tamen necdum acceptata fuerit per textus & DD. in *l. si pollicens 1. in pr. l. passum 3. l. vates 6. in pr. & passim ff. de Pollicitat. ita etiam collatio, priusquam acceptetur, est irrevocabilis. Si tamen Collator illi, cui Beneficium obtulit, certum terminum post acceptationem statuerit, poterit, elapsò terminò, Beneficium liberè alteri conferre; licet, antequàm collatio devenit ad actum, prior Beneficiandus, post elapsum quoque terminum consensum præstare, & Beneficium acceptare prohibeatur *d. cap. si tibi absenti in fin.* Quando Beneficium, tam oblatum, quam acceptatum est, ex parte acceptantis, antequàm traditionem, productus in re *d. cap. si tibi 17. & cap. ult. in fin. de Concess. præb. in 6.* Ad eum ferè modum, quò legatarius rei legatariæ sit dominus, etsi non tradita, sed solum acceptata, sit. *l. à Titio 6. ff. de Fidei. Unde in postsessionem Beneficii conformiter dictis in *num. 127.* introducendus est; & si Beneficium nomine difficultatem aut controverfiam patiatur, ipsi eadem Juris remedia sunt concessa, qualia pro vindicandis & defendendis juribus incorporalibus competere noscuntur, nempe actio confessoria & negatoria *arg. §. agnè 2. Inst. de Action.* SECTIO V. De Reservazione Comuni Beneficiorum. S U M M A R I A. 197. Tangitur reservatio Beneficiorum. 198. & seqq. Adstruunt reservatio ex Jure Communi quoad Beneficia, in Curia & apud sedem vacantia. 201. & seqq. Recensentur reservatio Extravag. execrabilis Joannis XXII. 204. & seqq. Declaratur reservatio Extravag. ad Regimen inter communi. 209. & seq. Expli- 198. cantur Regula Cancellariæ. 211. Sunt quæ Leges. 212. Illi sine expressa mentione non derogatur. 213. & seqq. Enumerantur reservationes, in hinc Regulis contenta. 223. Agitur de Beneficiis affectis. 224. & seqq. Inducitur & explanatur diversus modus apprehendendi manus in Beneficiis, cum suo effectu. §. I. Quenam Beneficia de Jure Communi sint reservata? 197. Ex dictis in *num. 159.* liquescit, Collationi Pontificæ non pauca Beneficia esse reservata. Reservacionem idcirco dispecturam, illam separo in communem, & specialem,**



198. *Præscriptis in cap. licet 2. cap. statutum 3. cap. presentis 24. de Præbend. in 6. Clem. si duobus 1. & 2. de Præbend. Beneficia, quæ vacant apud Sedem Apostolicam vel in Curia. Quæ verba, ut rite percipiuntur, sciendum est, quod nonnulli cum P. Reiffenstuel ad tit. de Præb. n. 434. putent, inter hæc duo, vacare apud Sedem, & in Curia, differentiam intercedere. Verum, attentò Jure Communi, probabilis nullam profus est differentia, sed, ut patet ex cit. cap. licet 2. Extravag. ex debito 4. de Elect. inter Commun. pro synonymis accipiuntur. Glossa in cit. cap. statutum V. in curia Wiestner ad cit. tit. n. 80.*

200. *Ad eoque in Curia vel apud Sedem dicuntur vacare Beneficia, quorum vacatura Romæ inducitur, vel quia Beneficiatus, dum in Curia Romana (cujus nomine intelligitur locus, in quo causarum & literarum Apostolicarum est audientia & expeditio) morabatur, aut ibidem, aut in discessu in loco vicino intra duas dietas legales, seu intra iter bidui, mortuus est; vel quia Beneficiatus in manus Papæ suum Beneficium resignat; vel quia aliâs autoritate Pontificis vacatura contingit d. Extravag. ex debito & Extravag. ad Regimen 13. de Præb. inter Commun.*

201. *II. in Extravag. execrabilis Joannis XXII. d. 1. referuntur Beneficia, quæ vacant per retentionem primi: quando enim is, qui secundum Beneficium incompatibile cum primo pacificè accipit, & illud unâ cum primo, quò ipsò jure privatus erat, retinere contendit, privatus etiam secundo, idque reservatum efficitur in cit. Extravag. An verò primum Beneficium etiam fiat reservatum? Incertum est. Sententias varias refert P. Engel ad tit. de Præbend. n. 13. è quibus negativa videtur melior: eò quod nec ante illam Extravagantem fuerit reservatum juxta cap. de multa 28. d. 1. nec post Extravagantem cap. licet Episcopus 28. d. 1. in 6. nec in ipsa Extravag. ubi Joannes*

## § II.

## Quenam Beneficia per Regulas Cancellariae sint reservata?

209. *A*dhæc longè plures reservationes Beneficiorum factæ sunt per Regulas Cancellariae; de quibus

Prænotandum I. Regulas Cancellariae nil aliud esse, quàm constitutiones, quas circa causas Beneficiales aut judiciales Summi Pontifices vel initio sui regiminis de novo condere, vel jam antea conditas à prædecessoribus innovare & augere solent. Unde variant in numero, & ordine, & quæ fortè apud hunc Pontificem erat secunda, apud alium est tertia; veluti constat legenti Erasmo à Chokier in suo Commentario in Regulas Cancellariae

210. *Apostol. Regulas, à SS. D. N. D. Clemente XI. Divinâ Providentiâ modò regnante Pontifice editas, exhibet P. Reiffenstuel ad tit. de Præbend. pag. 183. & seqq.*

211. *Prænotandum II. has Regulas, ex communi Canonistarum, veris equidem legibus accenseri, sed restrictas ad vitam S. Pontificis;*

XXII. jubet, ut Beneficia talia in manibus Ordinariarum dimittantur. Barbosa in Collectan. ad cit. Extravag. n. 10. Pirhing ad d. t. n. 174. Reiffenstuel ibid. n. 476.

Et licet verba 203. *d. Extravag. sint ampliora, ac omnia & singula Beneficia vacatura (ut præmittitur) vel dimissa Sedis Apostolicæ dispositioni referuntur; attamen ad evitandam Jurium correctionem (de qua nulla fit ibidem memoria) & salvandam concordiam inter verba antecedentia & consequentia, ad solum Beneficium secundum restringi debent. 203. 204.*

III. in Extravag. ad regimen 13. d. t. inter 204. *commun. referuntur plurima Beneficia, I. Vacantia per depositionem, privationem, translationem, consecrationis susceptionem, electionis aut postulationis cassationem, muneris renuntiationem, autoritate Apostolicâ induciam; II. Vacantia per obitum Cardinalium, Legatorum, & aliorum Sedis Apostolicæ Officialium; III. Vacantia per quæcumque promotionem ad majores dignitates, Patriarchalem, Archiepiscopalem, Episcopalem, Abbatialem, autoritate Pontificâ factam, postquam sic promoti pacificam possessionem sunt adepti. Ex quo 207*

inferit cit. Engel n. 15. *Episcoporum Titularium tantum, qui à S. Pontifice pro Suffraganeis aliorum Episcoporum, cum assignatione Diocesis cujusdam in partibus infidelium, creantur, Beneficia non esse reservata: eò quod pacificam possessionem cum jure actuali percipiendi fructus non consequantur. Idem 208 etiam in num. 16. concludit, Beneficia illorum, qui autoritate Cellissimi & Reverendissimi S. R. I. Principis & Archiepiscopi Salsburgensis ad unum ex 4. Episcopatus, Gurcensem, Chiemensem, Secoviensem, aut Lavantinum, promoventur (cum autoritas & confirmatio Pontificis, saltem immediatè, non interveniat) non fieri reservata.*

## § III.

5. *cuicunque aliam dispositionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, ac aliorum quorumcumque, Collatorum & Collatricum, Sæcularium & Regularium (non tamen ad collationem, cum alio vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertinentia), quæ post illorum obitum, resignationem, privationem, vel alias quomodocumque vacaverint, usque ad provisionem Successorum, Apostolicâ autoritate faciendam, & adeptam ab eisdem Successoribus pacificam illorum possessionem.*

215. *In Regula III. extenditur & ampliatur Extravag. Execrabilis, ac prohibetur, ne, qui secundum Beneficium incompatible cum prioribus accepit, illud in fraudem Apostolicæ reservationis, nullâ de eo factâ mentione, resignare præsumat.*

216. *In Regula IV. referuntur dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus, Metropolitanis, & Patriarchalibus; nec non dignitates principales, valorem decem florenorum auri communi estimatione excedentes in Collegiatis Ecclesiis. Item Prioratus, Præposituræ, ac aliæ Dignitates Conventuales & Præceptoris generales Ordinum quorumcumque, sed non-Militariû &c.*

218. *Item quæcumque Beneficia, quæ sui (id est Papæ) dum Cardinalatus fugebatur honore, aut aliorum S. R. E. Cardinalium familiaribus & continuis commensales obtinent, & imposterum obtinebunt eorum familiaritate durante, seu ad quæ jus eis competit, aut competierit, etiam ab ipsa familiaritate recesserit &c.*

219. *In Regula V. præter Beneficia & Canon-*

## § III.

## An &amp; quomodo Beneficia affecta censentur esse reservata?

223. *Præterea Collationi Pontificiæ censentur esse reservata Beneficia, quæ dicuntur affecta ex eo, quod S. Pontifex manum illis apposuerit, tum illa sibi attribuendò, de quo latè Pax Jordan lib. 10. tit. 2. n. 1. & seqq. tum mandandò, ut huic vel illi personæ conferantur. Neque enim ab alio prius conferri valent, quàm collatio Pontificia effectum habuerit per Extravag. ad Romanos 14. §. Romani quoque &c. de Præbend. inter Commun.*

224. *Est autem probè investigandum, num S. Pontifex per appositionem manuum absolute mandaverit, ut alicui de certo beneficio provideatur; num conditionatè, si fuerit habilis. Primò casu ulterius inquirendum restat, sine adjecta clausula irritans, quod nimirum sit irritum & inane, quidquid contra mandatum Pontificium fuerit attentatum, nec ne? Si prius, Beneficium taliter affectum reputatur, ut nec licitè nec validè à quo-*

catus Ecclesiarum S. Joannis Lateranensis & S. Petri, ac B. Mariæ Majoris in Urbe Romana reservantur Beneficia quæcumque, ad dispositionem Cardinalium, à Romana Curia absentium (nisi ob servitium Sedis Apostolicæ cum licentia abfuerint, aut in propriis Ecclesiis residerint) spectantia, ac durante absentia vacatura.

In Regula IX. quæ antiquitus erat VIII. 220 atque ab Hieronymo Gonzalez, in præfenti cap. sæpius citatò, insigni commentariò illustrata, reservantur omnia Beneficia, quæ literarum qualitate, in Januario, Februario, Aprili, Majo, Julio, Augusto, Octobri & Novembri, aliter quàm per reservationem quomodocumque vacatura, ad quorumcumque dispositionem (non tamen Cardinalium, aut aliorum, sub certis Concordatis comprehensorum) pertinentia &c. Episcopis tamen, qui residerent in sua Ecclesia, alternativa mensium in collatione indulgetur.

In Regula LXVIII. referuntur omnia Beneficia, alias per Regulas Cancellariae reservata, quæ vacarunt Sede Papali vacante, si de illis per Ordinarios collatores, uti potuissent, interea non sit facta provisio.

Sunt porro & aliæ reservationes, in Regulis 222 Cancellariae comprehensæ; quas tamen enumerare superfluo: quia in nostra Germania non vigent aliæ reservationes, ac quæ in Concordatis, de quibus in sèd. seq. continentur. Si quis verò majorem illarum noticiam desideret, adeat Alphonsum à Chokier, P. Engel cit. tit. de Præb. n. 27. P. Leuren. in Forè Benef. d. p. 2. sèd. 3. cap. 1. à p. 543. P. Reiffenstuel ibid. à n. 489.

vis Ordinario Collatore possit alteri concedi cap. tibi qui 1. 2. in fine de script. in 6. cap. si soli 6. de Concess. Præb. eod. in 6. Si posterior; po. 226 test equidem Ordinarius Collator validè Beneficium affectum alteri concedere, sed non licitè; teneturque in pœnam inobedientiæ illi, qui mandatum Apostolicum impetraverat, & neglectus fuerat, aliud Beneficium procurare d. cap. si soli & cap. dilectus 27. de Præb. Alterò casu poterit Ordinarius ante conditionem impletam, seu probatam personæ habilitatem, Beneficium affectum, cuicumque voluerit, validè concedere, tametsi clausula irritans fuerit apposta Clem. un. de Concess. Præb. Secus est, si non conditio sed dies fuerit apposta, quòd v.g. beneficiandus possit Beneficium intra mensè à die vacationis acceptare d. Clement. un. §. secus autem &c. Magnif. P. König ad cit. tit. num. 25.



SECTIO VI. De Concordatis Germaniæ.

SUMMARIÆ.

229. Specialis reservatio pro Germanis est in eorum Concordatis. 230. Describuntur Concordata. 231. Bulla Nicolai V. refertur. 232. & seq. Soli Germani in Imperio Romano-Germanico ligantur his Concordatis. 234. & seq. Nec possunt se excusare propter non-acceptationem. 238. & seq. S. Pontifex Concordatis derogare non valet, nisi ex causa necessitatis vel utilitatis publicæ. 241. & seq. Summatim recensentur Beneficia, per eadem Concordata reservata. 246. & seq. Discutitur, & districte resolvitur, quanam Beneficia, si vacent Sede Papali vacantes;

fiant reservata? 255. & seqq. Disquiruntur, an cap. 3. de Præb. in 6. per Concordata fuerit sublatum? 259. & seqq. Discipitur, an post trimestre Beneficium, in mense Apostolico vacans, ab Ordinario conferri valeat? 262. & seqq. Ostenditur initium & finis mensis Apostolici. 265. & seq. Ordinarius etiam post suum mensis Beneficia potest conferre. 267. & seq. S. Pontifici adhuc reservatum est jus præconationis. 269. & seqq. Ampliatur reservatio mensium. 273. & seqq. Restringitur. 278. & seqq. Dna dubia resolvuntur.

§. I. Quid sint Germaniæ Concordata; quanam eorum vis ac robur?

229. Specialis reservatio pro Natione Germanica comprehenditur in Concordatis ejusdem Nationis; imò, quæ in his Concordatis non fuere reservata Beneficia, pro reservatis in Germania non habentur, ut monitum in um. 222.

230. Sunt autem Germaniæ Concordata pacto solennis, primitus inter Eugenium IV. & postea, hoc defuncto, inter Nicolaum V. Pontificem Maximum ex una; & Imperatorem Fridericum III. cæterosque Germaniæ Præcæres, tum Ecclesiasticos, tum Sæculares, ex altera parte, de Dignitatibus & Præbendis Ecclesiæ Germaniæ, pro majori pace, concordia, & veneratione Germanorum erga S. Sedem, Anò 1447. & 1448. concepta, ut patet ex constitutione Nicolai V. de super edita, ut sequitur.

231. Ad sacram Petri Sedem Divina dispositione sublimati, singulis, quæ pro univèrsali Ecclesiæ unione ac pace & tranquillitate profutura conspicimus, Apostolica providentia sollicitudinem libenter intendimus, & ad felicem eorum præconationem, & consummationem, opem & operam impendimus efficacem.

§. I. Nuper siquidem Charissimus in Christo filius noster Fridericus, Romanorum Rex Illustris, & nonnulli alii dilecti filii Ecclesiastici, & Sæculares Principes Inclita Nationis Germaniæ ex una, ac dilectus filius noster Joannes sancti Angeli Diaconus Cardinalis in partibus illis Apostolica Sedis de latere Legatus per Nos ad illas partes missus sufficienter desuper à Nobis & Sede Apostolica Auctoritate sufficiens ex alia partibus, Romana Ecclesiæ & dilecti Nationis omnium, pro ipsius Ecclesiæ unione, pace & tranquillitate, inter Ecclesiæ, & Nationem prædictam perpetuo solidandis, & conservandis, diversa rationabilia, & utilia, ordinationes, & statuta à partibus ipsis hinc inde approbata, laudata, & conclusa, acceptata, & concordata fecerunt, ac ediderunt: Ne bisque humiliter supplicari fecerunt, ut illis pro firmiori eorum subsistentia robur Apostolica firmitatis

adjicere, nec non auctoritatem patrem & decretum interponere dignemur.

§. II. Nos itaque, qui statuta, ordinationes, & Concordata prædicta per nonnullos ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, magnarum maturitatis, auctoritatis, & literarum viros diligenter examinari, & discuti fecimus; eaque rationabilia, & salubria tam Ecclesiæ, quam Nationi præfata fore, comprimimus, de dictorum, & aliorum Venerabilium Fratrum nostrorum prædicta Ecclesiæ Cardinalium consilio, & assensu, Apostolica Auctoritate, & ex certa scientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus; & presentis scripti patrocinio communimus, juxta modum, & formam subsequentes.

§. III. Placet Nobis super provisione Ecclesiæ, & beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque vis fieri scripti reservatione, & executione, & ad regimen constitutionem, modificatam, ut sequitur. Ad regimen Ecclesiæ generalis, quamquam immeritis, superna dispositione vocati gerimus in nostris desideriis, ut debemus, quod per nostra diligentia studium ad quarumlibet Ecclesiæ, & Monasteriorum regimen, ac alia beneficia Ecclesiastica juxta Divinum beneplacitum, & nostra intentionis affectum viri assensum idonei, qui præsint, & præsint committendis eis Ecclesiis, Monasteriis, & beneficiis prædictis: pramissorum itaque consideratione induci, & suadentibus nobis aliis rationabilibus eiusdem nonnullorum Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigis inhaerentes, omnes Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales Ecclesiæ, & etiam Monasteria, Prioratus, Dignitates, Personatus, & Officia, nec non Canonici, Præbendæ, & Ecclesiæ, cæteraque Beneficia Ecclesiastica, cum cura, vel sine cura, secularia, & regularia quacunque, & quacunque fuerint, etiam si ad illa persona consecuerint, seu debuerint, per electionem, seu quemvis alium modum assumi, nunc apud Sedem Apostolicam quocunque modo vacantia, & in posterum vacantia, nec non per provisionem, vel privationem, seu translationem per Nos,

Nos seu auctoritate nostra factas, & in antea satisfactionibus ubilibet: nec non ad quæ aliqui in concordia, vel discordia electi, seu postulati fuerint, quorum electio cassata, seu postulatio repulsa, vel per eos facta renuntiatio, & admissa auctoritate nostra extiterit, seu quorum electionem, vel postulationem, & in antea eligendorum, vel postulatorum electionem cassari, seu postulationem repelli, aut renuntiationem admitti per eos, aut auctoritate nostra continget apud Sedem prædictam, vel alibi ubicunque, & etiam per obitum Cardinalium ejusdem Ecclesiæ Romana, aut Officialium dilecti Sedis, quamdiu ipsa Officia actualiter tenebunt (videlicet: Vice-Cancellarii, Cæserarii, septem Notariorum, Auditoris Literarum, Contradictoriarum, & Apostolici Palatii causarum Auditorum, Correctorum; centum & unius Scripturum Literarum Apostolicarum, & viginti quatuor Penitentiarie præfate Sedis, & viginti quinque Abbatorum, nec non verorum commensalium nostrorum, & aliorum viginti quatuor Capellanorum Sedis ejusdem in Epitaphio descriptorum) & etiam quorumcumque Legatorum, seu Collectorum, ac in terris Romana Ecclesiæ Rectorum, de Thesaurario deputatorum, seu missorum hactenus, vel deputandorum, aut mittendorum in posterum, nunc vacantia & in antea vacantia, ubicunque dictos Legatos, vel Collectores, seu Rectores, & Thesaurarios, antequam ad Romanam Curiam venerint, seu venerint rebus eximi contigerit ab humanis; nec non quorumlibet pro quibuscumque negotiis ad Romanam Curiam venturum, seu etiam recedentium ab eadem, si in locis à dilecti Curia ultra duas Dietas legales non distantibus jam forsitan obierint, vel eos in antea ab hac luce transeunt contigerit, & etiam simili modo quorumcumque Curialium peregrinationis, infirmitatis, seu recreationis, vel alia quocunque causa ad quemvis loca recedentium, seu eos, antequam ad dilectam Curiam redierint, in locis ultra duas Dietas ab eadem Curia, ut præmittitur, non remotis (dimmodo eorum proprium domicilium non existat ibidem) jam forsitan decesserint, vel in posterum eos continget de medio submoeri, etiam nunc per obitum hujusmodi vacantia, vel in posterum vacantia: rursus Monasteria, Prioratus, Dignitates, Personatus, Decanatus, Administrationes, Officia, Canonici, Præbendæ, & Ecclesiæ, cæteraque Beneficia Ecclesiastica Secularia, & Regularia, cum cura, vel sine cura, quacunque, & quacunque fuerint, etiam si ad illa persona consecuerint, seu debuerint, per electionem, seu quemvis alium modum assumi, que præsint per Nos, seu auctoritate nostra, ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, & Episcopatum Ecclesiasticum, nec non Monasteriorum regimen obitobant tempore promotionem de ipsis factam, nunc quocunque modo vacantia, aut in posterum vacantia: nec non etiam per affectionem pacificam quorumcumque Prioratum, Personatum, Officiorum, Canoniarum, Præbendarum, Ecclesiarum, aut Beneficiorum aliorum per Nos auctoritate nostratam literarum immediate collatorum seu conferendorum in posterum, præterquam si virtute gratiæ expectatiæ affectio fiet, nunc vacantia, & in antea vacantia, pleni super præmissis omnibus, & singulis cum Fratribus nostris collatione præobita, & ma-

tura deliberatione secuta, Ordinationi, & Provisioni nostra, de ipsorum Fratrum Consilio Auctoritate Apostolica reservamus. Decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super præmissis, & quolibet eorum per quocunque quovis auctoritate, scilicet vel ignoranter contigerit attentari.

§. IV. Item placet nobis, quod in Metropolitanis, & Cathedralibus etiam immediate non subjectis Ecclesiis: & in Monasteriis immediatis subjectis Sedis Apostolicæ sicut electiones Canonice, quæ ad dilectam Sedem deferantur, quas etiam ad tempus Constitutionis, seu record. Nicol. Papa III. que incipit: Cuiusmodi, expectabimus, & elapsio dicto tempore si non presentata, vel si presentata minus canonice fuerint, providebimus, & si canonice fuerint, eas confirmabimus, nisi ex rationabili, & evidenti causa, ac de dictorum Fratrum consilio, de digniori, & utiliori Persona duxerimus providendam, pro quo quod confirmari prædicti & per Nos provisum Metropolitanis suis, & aliis præsentibus Juramenta, & alia ad que de fure tenentur. Et in Monasteriis dilecti Sedis immediate non subjectis, & aliis Regularibus Beneficiis, super quibus pro confirmatione vel provisione ad dilectam Sedem non consuevit haberi recursus, electi seu illi, quibus provisionem esse, pro confirmatione, & provisione hujusmodi ad Curiam Romanam venire non tenebuntur: ipsique Regularia Beneficia sub expectatiōis gratia non cadant. Ubi autem pro Monasteriis ad dilectam Curiam venire, seu mittere consueverint, non aliter confirmabimus, vel providebimus, quam superius de Cathedralibus Ecclesiis est expressum. Et de Monasteriis Monachialium nos disponemus, nisi sint exempta, & tunc per commissum ad partes.

§. V. De cæteris vero Dignitatibus, & Beneficiis quibuscumque Secularibus, & Regularibus vacantibus ultra reservationes prædictas (majoribus Dignitatibus post Pontificatus in Cathedralibus, & Principalibus in Collegiatis Ecclesiis exceptis) de quibus jure ordinario provideretur per illos inferiores, ad quos alia pertinet, placet etiam nobis, quod per quancunque aliam reservationem, gratiam expectativam, aut quamvis aliam dispositionem, sub quacunque verborum forma, per Nos, vel auctoritate nostra factam, vel faciendam, non impediemus Nos, quo minus de illis cum vacabunt de Februario, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus libere disponatur per illos, ad quos eorum collatio, provisio, presentatio, electio, seu quovis alia dispositio pertinet, reservatione aliaque quavis dispositione, auctoritate nostra factis, vel faciendis non obstantibus quibuscumque. Quocirca viri aliquo vacante Beneficio in Januarii, Martii, Maii, Junii, Septembris, & Novembris mensibus specialiter dispositioni dilecti Sedis reservatis non apparuerit intra tres menses à die nota vacationis in loco Beneficii, quod alicui de illo Apostolica Auctoritate provisum fuerit, ex tunc & non antea Ordinarius, vel alius, ad quem illius dispositio pertinet, de illo libere disponere poterit. Et ad suum, ut hæc ordinatio collationum Beneficiorum non reservationum per alteros menses possit per dilectam Nationem publicari, & omnes, qui ea cadere voluerint, tempus congruum habeant eam acceptandi, tunc quo ad dilectam Sedem a Calendis Junii proxime futuris ipsa currere incipiet, &



durabit donec, nisi in futuro Concilio de consensu dicta Nationis aliter fuerit ordinatum.

§. VI. Places similiter nobis, quod circa provisionem dicta Sedis ordinandam mo. ut Annatarum hoc modo currat. De Ecclesiis Cathedralibus omnibus, & Monasteriis Rixorum duntaxat vacantibus, & vacaturis solvantur de fructibus primi anni ad die vacantis, summa pecuniarum in libris Camera Apostolica taxate, quae communia servitia occupantur: & si quae excessivo taxata sint, relaxentur, & quod providebatur in gravatis regionibus, secundum qualitatem rerum, temporum, & regionum, ne nimium praeveniantur: ad quod presentibus dabimus Commissarios in parvibus, qui diligenter inquireant, & relaxent. Taxa autem praedicta pro media parte infra annum a die habita possessionis pacifice totius, vel majoris partis, solvantur: & pro alia media parte infra annum sequentem: Et si infra annum bis, vel pluries vacaverint, semel tantum solvantur: nec debitum hujusmodi in successorem in Ecclesia, vel Monasterio transeat: de ceteris vero Dignitatibus, Personatibus, Officiis, & Beneficiis Sacralibus, & Regularibus quibuscumque, quae auctoritate dicta Sedis conferuntur, vel de quibus providebitur (proveitque vigore gratiarum expectatarum, aut causa permutationis) solvantur Annata, seu medii fructus iuxta taxam solitam a tempore possessionis infra annum: & debitum hujusmodi similiter in Successorem in Beneficio non transeat. Sed de Beneficiis, quae valore viginti quatuor florenarum auri de Camera non excedunt, nihil solvatur: daretque hac observantia deinceps, nisi eadem similiter in futuro Concilio de ipsius Nationis consensu contingat tomari.

§. VII. In aliis autem, quae per se recore, Eugenium Papam II. citius Pradesorem nostrum, pro dicta Natione usque ad tempus futuri generalis Concilii, permissa, concessa, indulta, & decreta, ac per Nos confirmata fuerunt, in quantum illa Concordia praesenti non obveniunt, ista via, nihil volumus esse immutatum. Et per hoc quod in Concordatis hujusmodi, siue quibusvis aliis eorum occasione conscientis literis propter compendiosam descriptionem Alemannia specialiter appellatur, Natio ipsa censeri non debet a Germanica Natione distincta, seu quomodolibet separata.

§. VIII. Et praeterea, quia difficile foret praesentibus literas ad singula, in quibus de eis forsitan fides faciendi fuerit, loca deferri, eadem Apostolica Auctoritate decernimus, quod ipsarum transumpto, Metropolitano dicta Nationis Sigillo munito, tanquam praesentibus, si exhiberentur, literis pleno fides adhibeatur, & perinde stetur, ac si dicta praesentibus literae forent exhibita, vel offensa. Et insuper quoque irritum, & inane, si scilicet super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. IX. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, ratificationis, laudationis, acceptionis, commutationis, reservationis, confirmationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Roma apud S. Petrum,

Anno Incarnat. Dom. 1448. 14. Cal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno 2.

Quaeres I. quanam Ecclesiae Germanicae Concordatis haece comprehenduntur?

Resp. Germanicae Concordatis Ecclesias, quae sitae sunt intra fines Imperii Romano-Germanici, comprehendunt. Constat tum ex verbis cit. Bullae Nicolaeanae l. 1. ibi: *Fidelitatis Romanorum Rex Illustris, & nonnulli alii dilecti filii Ecclesiastici & Saeculares Principes Inchoa Nationis Germanicae ex una &c.* tum ex natura Concordatorum, quae cum species sint pacti & conventionis, non alios, quam pacificos & convenientes, seu Germanos, obligant. Nicolartus in *praxi Benef.* tit. 3. dub. 1. §. 2. Ex quo ulterius inferitur, nec omnes, in Germania existentes Ecclesias, haece Concordatis constringi, si nempe ad Imperium Romano-Germanicum non spectent, & nec extra Germaniam aliquas includi, licet sub Imperatoris Germani ditione sint politae. Leuren. in *foro Benef.* p. 2. q. 591. n. 2. & 3. Wiestner ad *tit. de Prabend.* n. 62.

Quaeres II. an aliqui Germaniae Praefules, vel Proceres possint adversus Concordata se tueri ex eo, quod illa non acceptaverint?

Resp. ita quidem existimasse Zypum *Consult. Canon. lib. 3. de Prab. consult. 3.* eo quod in Concordatis in §. de ceteris s. circa fin. reperitur clausula, quod omnes, qui reservationem ibidem positam gaudere voluerint, tempus congruum habeant, eam acceptandi.

Verum integra DD. ca. 235 ter va stat adversus Zypum, in specie Georgius Branden ad *Concord. q. 2. 3. 4. 5.* Nicolartus ad eadem *Concord. d. tit. 3. dub. 1. §. 2.* ferè per tot. Chokier ad *reg. Cancell. §. gl. 11. n. 12.* Leuren. in *foro Benef.* d. p. 2. q. 592. n. 4. Cujus ratio est: partim quia in Bulla Nicolai V. in §. *super 1.* expressè continetur, quod Concordata jam pridem sint acceptata in verb. *diversa, rationabilia, & iustitia, ordinaris, & statuta, a partibus hinc inde approbata, laudata, conclusa, acceptata, & concordata fuisse:* partim quia saepe memorata Concordata obtinent quidem rationem pacti & conventionis, si spectetur initium; at, si spectetur eorum perfectio, approbatio, & publicatio Apostolica, rationem Legis obtinent; ad eum ferè modum, quò modernae Leges Imperii, consideratò principio, speciem conventionis inter Imperatorem & status praefereunt, sed in fine vim ac robur Legis Universalis, accedente Imperatoris promulgatione, consequuntur.

Nec quidquam facit in contrarium allegata clausula: nam, ut scribit cit. Nicolartus *d. dub. 1. §. 11.* facultas illa de acceptanda reservatione non ad diminutionem sed augmentum & abundantiorum cautela fuit apposta, propter eos, qui, quamvis in Germanica Natione consisterent, Imperii tamen superioritatem tempore Concordatorum non agnoscebant, ut pote iura regia recognoscentes, quales referuntur Reges Bohemiae, & Archiduces Austriae &c.

Quaeres

238 Quaeres III. an S. Pontifex Germaniae Concordatis derogare valeat?

Resp. Nicolaum V. in cit. Bulla §. *placet etiam 4. in l. & §. placet similiter in fin.* asseverasse, quòd eadem Concordata semper sint duratura, nisi in futuro Concilio de consensu Nationis Germanicae aliter fuerit ordinatum.

Unde deducitur, per Bullas & novas constitutiones Summorum Pontificum non facile derogari Concordatis; prout constat ex Bulla Pauli V. quae incipit: *Ex pastoralis*, de Anno 1613. §. Calend. Aprilis: tum quia S. Pontifex nomine Dignitatis suae quasi stipulatò sic promittit: tum quia pacta & conventa Antecessorum ligant etiam Successores, si propter bonum publicum, cum eorum assensu, quorum interest, fuerint inter-

posita. Quamquam de plenitudine potestatis ob causam utilitatis vel necessitatis publice negari haud possit, quin S. Pontifex Concordatis valeat derogare: cum eam potestatem abdicare nec potuerit, nec voluerit, uti constat ex d. *Constit. Nicol. §. item placet 4.* post initium, ubi Pontifex ipondet, *se electionis Canonice confirmatum, nisi ex rationabili & evidenti causa de Fratrum suorum consilio de digniori & meliori persona duxerit providendum.* Nicolartus *cit. tit. 3. dub. 3. §. 5.* Engel ad *tit. de Prabend. num. 54.* Leuren. in *foro Benef. d. part. 2. quest. 595. num. 2.* Wiestner ad *tit. tit. num. 68.* Quid de praescriptione contra Concordata sit tenendum? dictum est in *Lib. I. tract. 2. cap. 4. n. 479.*

§. II.

Quanam Beneficia per Concordata Germaniae sint reservata?

241 Per Concordata Germaniae iuxta saepe cit. Constitutionem Nicolai V. in §. *placet nobis 3.* renovantur & confirmantur reservationes Juris scripti, *Extrav. Excothialis & Extrav. ac ad regimen*, de quibus in n. 201. & seqq. reservantur multae Dignitates & Praelaturae, de quibus specialiter actum est in *Lib. I. tit. 3. cap. 5. §. 2. per tot.*

242 II. in iisdem Concordatis referuntur omnia Beneficia, quae vacant per obitum Cardinalium §. *placet nobis 3. d. Constit.* Quam ob causam Episcopi Germaniae, in Cardinales assumpti, speciale indultum à Sede Apostolica pro libera post obitum suum electione instituenda impetrare solent.

243 III. quae vacant per obitum Officialium Sedis Apostolicae, non omnium quidem, sed infra scriptorum, nempe Vice-Cancellarii, Cameraarii, septem Notariorum, Auditoris literarum contradictarum, Auditorum causarum S. Palatii, Correctorum, centum & unius scriptorum literarum Apostolicarum, & viginti quatuor penitentiariae praefatae Sedis, & viginti quinque Abbreviatorum, Commensalium, viginti quatuor Capellanorum &c.

244 IV. Beneficia, apud Sedem & in Curia vacantia, quò pertinent dignitates & Beneficia, quae vacant per depositionem; privationem, ac translationem, aut resignationem, Auctoritate Apostolica factam; item Beneficia eorum, quae auctoritate seu confirmatione ejusdem Sedis per viam electionis, postulationis, nominationis ad Archi-Episcopatus, Episcopatus, & Regimina Monasteriorum promoventur; item Beneficia eorum, qui à Papa immediate promoventur, ad Prioratum, Dignitatem, Prelonatum, aut aliud Beneficium d. §. *placet nobis 3.*

245 V. Beneficia quaecumque vacantia in mense Januario, Martio, Majo, Julio, Septembri, & Novembri, ita tamen, ut, si intra tres menses, à die vacationis notae, in loco Beneficii non apparuerit, quòd alicui de illo Apostolica auctoritate provium fuerit, ex tunc, & non antea, Ordinarius, vel alius, ad què illius

dispositio pertinebit, de illo liberè disponat de ceteris. Haec plana sunt. At

Controversum est I. an, si Apostolica Sede vacante, aliquod Beneficium incipiat vacare, illud censetur esse reservatum?

Hic certa ab incertis scerni debent. Nam certum est I. Beneficia, quae iuxta num. 244. apud Sedem & in Curia dicuntur vacare, etiam vacante Sede Pontificia censeri reservata: eo quòd ipsorum reservatio de Jure Communi sit perpetua *cap. praesenti 34. §. idem est de Prab. in 6.*

Certum est II. Beneficia, per obitum Cardinalium, aliorumve Sedis Apostolicae Officialium, vacantia, itidem pro reservatis haberi, prout declaratum est in *Extravag. ad Roman. 14. de Prab. inter commun.*

Certum est III. Beneficia, quae per privationem, resignationem, cassationem, aut promotionem, Sedis Apostolicae auctoritate factam, Sede vacante incipiunt vacare, pariter esse reservata; non quidem ex natura sua, sed per accidens; quia Sede vacante Cardinales ob defectum potestatis non possunt de similibus disponere, privationem, resignationem, depositionem &c. admittendo; sed usque ad electionem novi Pontificis differre debent. Cuius exceptum ponit P. Engel ad *tit. tit. de Prab. sub n. 49.*

Certum est IV. Beneficia curata, in mense Papali, vel post mortem Pontificis, vel jam ante mortem vacantia, sed necdum collata, posse ad Ordinarius Sede vacante pro libito conferri *cap. §. Apostolica 35. de Prabend. in 6.* Controversia igitur est de aliis Beneficiis non-curatis, v. g. Canonicatibus, an si Sede vacante eorum vacatura incipiat in mense Papali, censentur esse reservata? Ubi

Resp. negative. Ita contra Barbosam de 50 *Offic. & pot. Episc. alleg. 57. sub n. 62.* statuunt P. Engel *cit. n. 49.* P. Leuren. *d. p. 2. q. 600. n. 2.* Ratio est: quia Beneficia, in Regulis Cancellariae reservata, ante Concordata non credebantur esse reservata, quando post obitum Summi Pontificis inceperunt vacare *ex n. 211.*

Ecc 3 Ergo



Ergo nec reservata creduntur post illius obitu-  
 251 tum: partim quia Concordata jus conferendi Beneficia, quod habebant Collatores Germanici, non effecerunt deterius sed melius, uti colligitur ex *sepe cit. Const. Nicol. V. §. nos*  
 252 *21. aq. 2.* partim quia ex testimonio aliorum DD. Ordinarii extra Germaniam, ubi alia vigent Concordata, conferunt Beneficia, Sede  
 253 Papali vacante vacantia: partim denique quia Concordata, cum Beneficiorum collationem propius ad Jus Commune reducant, debent potius in favorem, quam in odium Ordinariorum explicari, ut tenent Chokier ad *Reg. 8. Cancell. gl. 11. n. 11. Card. de Luca de Benef. disp. 27. n. 4. tenetque Rota Rom. in recent. p. 15. dec. 291. n. 1. 3. & 18.*

254 Dices: Concordata sunt perpetua, duranteque semper, donec in futuro Concilio cum consensu Nationis Germanicæ revocentur ex *num. 238.* Ergo etiam reservationes Beneficiorum, inibi contentas, sunt perpetuæ.

Resp. distinguendò conseq. sunt perpetuæ subjective, concedo conseq. objective, nego conseq. Volo dicere, Beneficiorum reservationem esse perpetuam, in quantum Concordata, in quibus continentur, sunt perpetua, nec indigent ullâ renovatione vel repetitione; at ipsa Beneficia non sunt perpetua reservatione affecta, sed desinunt esse reservata, si fiat vacantia, Sede Romanâ vacante.

255 Controversum est II. an per Concordata Germaniæ fuerit abrogatum *cap. statutum 3. de Præbend. in 6.* in quo Gregorius X. in Concilio Lugdunensi generaliter concedit Ordinariis Collatoribus licentiam, Beneficia, in Curia vacantia, & propterea Summæ Sedi reservata, per spatium unius mensis à die vacaturæ conferendi?

Resp. sententiam negativam, quam defendit P. Engel ad *tit. de Præbend. n. 52. Wagnereck ad cit. cap. vers. demum. Nicolarts ad Concord. tit. 1. dub. 11. §. 4.* quàmque, post alios citatos, sequitur P. Westner ad *d. tit. sub n. 115.*

256 longè solidiorem esse. Ratio est: quia per dispositionem generalem non derogatur speciali, sine speciali illius mentione. Atquid dispositio *cit. cap. statutum 3.* est Conciliaris & specialis, cum agat de solis Beneficiis, in Curia vacantibus; dispositio econtrâ in Concordatis est generalis, agitque in genere de Beneficiis, in mense Apostolico vacantibus, quòd possint ab Ordinariis post lapsum 3. mensium conferri; imò supponit, Beneficia illa non esse aliâ quâdam reservatione affecta, sicuti sunt affecta, quæ vacant in Curia. Ergo &c.

257 Oppones I. esse eandem rationem quoad Beneficia, apud Sedem vacantia, & aliàs propter menses Apostolicos reservata: adeoque eandem dispositionem obtinere.

Resp. disparẽm rationem assignari posse ex eo, quòd Beneficia, apud Sedem & in Curia vacantia, & faciliùs innotescent S. Pontifici, quàm vacantia & reservata solum ob menses Papales: unde in his longius tempus quàm in

illis, ad faciendam collationem ab Ordinario, determinandum videbatur.

Oppones II. *d. cap. statutum per Extravagan. rem ad regimen esse sublaturum, & per hanc omnes constitutiones, quæ obstant reservationi Beneficiorum in Curia, abolerentur: adeoque etiam per Concordata, in quibus eadem Extravagans est recepta.*

Resp. *cap. statutum* non obstat reservationi, sed reservationem per illud solummodò modificari: adeoque nec per Extravag. ad regimen nec per Concordata sublaturum esse.

Controversum est III. possint Ordinarii post lapsum 3. mensium statim conferre Beneficium, quod inceperat in mense Papali vacare? Rationem controversiæ præbet constitutio Gregorii XIII. quæ super declaratione citati §. placet 4. in Concord. Anno 1576. emanavit, dum improbat præpropas collationes Beneficiorum, in mense Papali vacantium. Verùm, quia mens Gregorii fuit, non tam collationes post tres menses inhibere, quàm potius impedire, ne, si intra tres menses à S. Pontifice provisum fuerit de Beneficio, provisus autem ob viarum & locorum distantiam in loco Beneficii se sistere nequiverit, excludatur, si post tres menses primum se sistat: hinc per se loquendò Ordinarii statim post 3. menses ad collationem procedere valet; est consultus faciat, in inventuram corporalem seu immisionem in possessionem paulò longius differat, usque dum hæmp de collatione Papali certior notitia haberi queat. Zypæus ad *tit. de Præbend. consult. §. p. 133. Westner ibidem num. 109.* Interim etiam provisus à Papa tenetur iter maturare, ut, si intra illos 3. menses nequeat attingere locum Beneficii, saltem non diu post illos menses compareat: alioquin, si negligens fuerit, non quidem Beneficio suo privabitur: cum hæc privatio nullibi legatur; statuta sed arbitrarie puniuntur. Branden ad *Concord. q. 12. notab. 2. n. 5. Engel ad tit. de Refer. n. 23. Wagnereck ad tit. de Præb. pag. 120.*

Controversum est IV. quandònam incipiat aut terminetur mensis Apostolicus aut mensis Ordinarii ad effectum Collationis? Resp. quòd juxta communem Europæ morem, de quo memini in *Lib. II. tr. 1. cap. 5. n. 5.* mensis incipiat à media nocte primæ diei, & terminetur in media nocte ultimæ diei: consequenter S. Pontifex confert Beneficia, quæ incipiunt vacare mediâ nocte primâ Januarii, usque ad diem 31. Januarii ad median noctem, quæ apud nos est hora 12. & post 12. dum incipit prima diei mensis Februarii, incipit mensis Collatoris Ordinarii. Ita Garcias de *Benef. p. 5. cap. 1. n. 52. & seg. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. Gloss. 11. à n. 9. Engel ad tit. de Præbend. num. 26. Nicolarts ad Concord. tit. 1. dub. 12. §. 2. & plurimil, ab his citati. Nec opus est, ut, si horâ 12. audiat pulsus horologii, ultimus pulsus expectetur: quoniam, ubi primus pulsus insonat, signum est, horam 12. antecedentis diei jam completam, & primam*

sequentis diei inchoatam esse. Nicolarts *cit. l. §. 3.* ubi etiam & in *§. segg.* multa utilia pro casibus dubiis circa diem & horam, nec non varietatem horologiorum, congestit.

265 Controversum est IV. an, si vacatura Beneficii incidat in mensem Ordinarii, is verò collationem ultra hunc mensem differat, Beneficium fiat reservatum Pontifici, sicuti Beneficium fit quasi-reservatum aut appropriatum ex dictis Ordinariis, quando vacat in mense Apostolico, nec tamen intra trimestre confertur?

Resp. negativè. Gonzalez *d. l. n. 53. & segg. Nicolarts d. l. dub. 11. §. 6. Engel d. num. 26.* Ratio est: tum quia de simili reservatione nihil invenitur in Concordatis expressum: tum quia dispositio Juris Communis, quò quilibet Ordinarius collator intra 6. menses Beneficium vacans conferre potest & debet, absque expressa mentione non videtur esse sublata.

## §. III.

## Quenam Beneficia, in mensibus Apostolicis vacantia, per Concordata non censentur esse reservata?

269 Videtur equidem incassum hæc questio proponi: siquidem in Concordatis, uti clarescit ex constitutione Nicolaitana *§. de ceteris 5.* collatio Beneficiorum qualiumcumque Ordinariis solummodò conceditur, quando vacatura in eorum mensibus accidit; vacantium autem Beneficiorum collatio in mensibus Apostolicis S. Sedi indistinctè reservatur.

Unde DD. inferunt I. sub hac generali reservatione comprehendendū Beneficia, etiam monachalia (cujusmodi censetur Beneficium, quod vel unicum est in Ecclesia, vel unicum ad unius collationem pertinet) & patrimonialia (quæ certæ familiæ, vel certo personarum ordini sunt conferenda) Nicolarts ad *Concord. cit. tit. 1. dub. 2. §. 3. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. n. 59. & §. 4. à n. 15. Garcias de Benef. p. 5. cap. 1. num. 518. & §. 62. Westner ad tit. de Præbend. num. 135. & seg.* quia scilicet tam monachalia quàm patrimonialia Beneficia sunt verè

271 talia. Inferunt II. etiam officia Ecclesiastica, in titulum perpetuum conferri solita, comprehendendū: utpote cum nihilo dissent à Beneficiis Ecclesiasticis, eorumque nomine veniant per *cap. nulla 2. §. cum vero de Concess. Præb. cap. ult. eod. in 6. Gonzalez gloss. 5. §. 11. num. 5. & seg. Chokier ad reg. 8. Cancell. gloss. 1. num. 2. 9. & 24. Nicolarts cit. l. dub. 3. §. 2.*

272 Inferunt III. etiam Beneficia, quæ sicut post Concordata primùm ereda, comprehendendū, tamen in limine fundationis eorum collatio fuerit Ordinario præservata: reservatio quippe Concordatorum est generalis, ac semper & omni tempore loquitur, nec privata alicujus voluntate vel dispositione potest infringi Gonzalez *d. gloss. 5. n. 42. & 43. & gloss. 9. §. 5.*

Controversum est VI. an S. Pontifex in mense Ordinarii possit aliquod Beneficium jure præventionis conferre, ac collationem Ordinarii, tempore posteriori, excludere?

Branden ad *Concord. Germ. q. 6. n. 18. & q. 12. num. 19. Zypæus in Consult. Canon. ad tit. de Præbend. consult. 5. Nicolarts cit. l. dub. 11. §. 3. & multi, ab hoc allegati, pro certa tenent affirmativam, scilicet à Rota Romana probatam, præsertim in *una Asten. Canonica. 8. Novemb. 1577. & in una Paderbornens. Canonica. 29. Martii 1610.* Ratio est: quia justè*

273 præventionis, quod habet Papa respectu omnium Ordinariorum *cap. dudum 14. de Præbend. in 6.* per Concordata neque ab eo cessum est; neque, quòd cedere voluerit, ulla præsumptio suffragatur: quippe cum manus tantoperè sibi ligare, ac prerogativam tam insignem abdicare voluisset, neququam credetur.

274

à n. 44. Garcias *d. p. 5. cap. 1. n. 620. Nicolarts dub. 4. §. 4. & 5.* Nihilominus, uti quævis alia dispositio generalis, sic præfens patitur unam vel alteram exceptionem. Et hinc à reservatione mensium Apostolicorum excipiuntur I. Beneficia vel officia manualia, nec non Vicariæ temporales: cum enim Beneficiis propriè dictis annumerari nequeant, nequeunt etiam sub reservatione generali includi. Garcias *d. cap. 1. num. 510. Chokier ad reg. 8. Cancell. gloss. 8. num. 7. & 15. Nicolarts dub. 3. §. 2.*

275 Excipiuntur II. Beneficia Ecclesiæ non-numerata, quando nimirum in aliqua Ecclesia non est certus numerus Canonicorum, sed pro arbitrio plures aut pauciores assumuntur: nam & ista declinant à genuina Beneficii natura, hòc ipsò, quòd perpetuitatem ex se non habeant per dicta in *num. 9. & seg. Gonzalez gloss. 9. §. 5. n. 9. & segg. Chokier gloss. 4. n. 8. Pirhing ad tit. de Præb. n. 354. Westner ibid. num. 130.*

Excipiuntur III. Beneficia, 275 Monasteriis, Collegiis, aut Canonicibus accessorie incorporata, tamen si per Vicarium perpetuum provideantur, juxta constitutionem Pii V. quæ incipit: *ad exequendum &c.* de Anno 1561. 7. Calend. Novemb. & Rotam Rom. in *rec. p. 2. decis. 704. n. 1. & decis. 777. num. 1.* Non enim propriè loquendò talia Beneficia vacare censentur, dum Rectorem principalem, qui est possessore Beneficii, cui facta erat incorporatio, semper habent. Gonzalez *gloss. 5. §. 7. num. 39. & 112. Chokier gloss. 1. à n. 16. Nicolarts dub. 7. §. 9. Pirhing d. l. n. 354. Westner num. 131.*

IV. 276 Beneficia patronata, non quidem Patronatus Ecclesiastici (hæc namque specialem in Jure favo-